extremo. Intelligit proculdubio David non de Saul, & Absalone, quos fugiebat, sed de Philist. Moab. Ammonitis, Idumæis, Syris, quos subegit *a*: Jebuæos autem, quoad libuit, sunditus delevit *b*. Similis in trigesimo quinto Psalmo locus *c*: *Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem expulsi sunt, nec potuerunt stare.*

Cadent subtus pedes meos.) Ita ut eos concussare possim: de quo hostili atque victorum ritu antea egimus. Mystice de potestate calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici *d*, ut nihil nobis nocant: Eusebius interpretatur. *Et calcabitis impios*, ait Malachias *e*, *quum fuerint cinis sub plantæ pedum vestrorum*: Moses quoque *f*: *Negabunt te inimici tui*, Israel, *& tuorum colla calcabis*: &, *manus tua in cervicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui* *g*.

Vers. 40.) Et præcinxisti me virtute ad bellum: & supplantasti insurgentes in me subtus me.

Vers. 41.) Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdidisti.

HÆc temporis mutatio de futuro in præteritum, satis frequens in isto libro, satis docet, quæ adhuc sunt dicta in futuro, de præterito debere intelligi. Sensus autem est, quæ adeo fortiter gesserit, hostes tam multos sternendo, fugando, dissipando, divinæ se potentiæ tribuere, & bellicæ virtuti, quam sibi Deus communicaverit.

Præcinxisti me virtute ad bellum.) Lege versum trigesimum tertium. Hieronymus, & in secundo Regum *h*: *Accinxisti me fortitudine ad prælium*. Citato loco docui non proprie intelligi mortalem virtutem, quod Abulensis tamen putat in Commentario libri Regum: probans ex eo quòd absolutè nomen *virtutis* pro fortitudine sumi videatur.

Et supplantasti.) Hieronymus, & in secundo Regum *i*: omissa conjunctione (&) *incurvasti*. Chaldaice, *Confregisti* תברת *thabbartha*, Hebr. תבריע *thaebriahh* est, *depressisti*, humiliasti, dejecisti, prostrasti. Græcum in secundo Regum est, κάμψας: hoc loco συνκάμψας illud proprie valet; *incurvabis*, inclinabis, &c. hoc, *implicasti compedibus*, illaqueasti, irretisti, impedisti, &c. denique etiam supplantasti more pugilum. Dicunt hoc Græci verbis aliis magis propriis ὑποσκελίζειν, quod Psalmo fuit præcedente *k*, & πτερνίζειν, *supposito* nimirum *pede disjicere*. Figurato sermone Seneca *l* expressit vim verbi, *Ille qui supplantatus adversarium toto trahit corpore*; *nec projecit animum projectus*: *qui quoties cecidit, contumacior resurrexit, cum magna spe descendit ad pugnam*. Jacob *a supplantatione* nomen obtinuit *m*, quia πτερνιστὴς *supplantavit*; & à Philone *n* πτερνιστὴς vocatur. Contule quæ dicto priore Psalmo notata sunt, & inter alia, non esse *supplantare*, quod hic crutibus ob vulnera debilitatis.

Insurgentes in me.) Hieronymus, & in secundo Regum *o*: *Resistentes mihi*. Magis proprie videtur Hebræo participio קמים *kamim* respondere participium nostrum Latinum, sicut & Græcum ἐπανιστάμενος. Quidam codices Latini habent, *omnes*; & in Græcis extat hoc loco, sed non in secundo Regum: Utrobique ab est à textu Hebræo: & Hieronymus testatur esse additum. Aquila numero singulari reddidit, κάμψας ἐπανιστάντα μοι, *Incurvabis eum, qui insurrexit in me*.

Inimicos meos dedisti mihi dorsum. *Inimicos* intelligit de genere Israel, quos paullo post dicet clamâvisse ad Dominum, quod alii à Dei cultu alieni, non fecissent, nisi vel ficte vel frustra, ut postea dicemus. Referri potest tamen id etiam ad omnes Ecclesiæ adversarios, qui multis à Christo factis victoriis, fugere coacti sunt, latebratique quærere. Hoc suo tempore Augustinus *q* evenisse testatur, scribens tunc tam claram fuisse famam Christi, ut infideles, eam timendo, tepidas, & timidas suas contradictiunculas in sinu suo riderent, quàm nolentes credi illum Dei unigenitum, & Deum prædicari Christum per quem facta sunt omnia.

Præbet dorsum *r*, qui avertitur, & fugit: dorsum, & non faciem ostendit *s*, qui est alieno animo: avertit se a

Vers. 42.) Clamaverunt, nec erat qui salvos faceret ad Dominum: nec exaudivit eos.

IN tempestiva inimicorum meorum precatio fuit, opisque divinæ imploratio. Sæpe moniti, docti, à mala mente revocati, ut Saul per Samuelem, ac per memetipsum, & filium ejus Jonatham, aliosque, ab injuria tamen faciende retrahi proposito noluerunt. Frustra igitur ad evadendum, vota precesque susceperunt, quia sua sese pervicacia indignos Dei clementia reddiderunt. Votantem se renuentes Deus, ac despicientes consilium, & increpationes negligentes, ridet atque sublannat, quum interitus eorum, & id quod timebant, adventi *t*. Salutare Jeremiæ consilium *g*: *Audite, & auribus percipite*: *nolite elevari, quia Dominus locutus est*. *Date Domino Deo vestro gloriam, antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos*: *expectabitis lucem, & ponet eam umbram mortis, & in caliginem*. In montibus Gelboe periit Saul *h*, quæ vox *Gelboe* revolutionem significat: In mortis articulo quid oraverit Deum, nescimus. Certè ab armigero non potuit imperrare, ut ipsum interficeret, sed ipsemet seipsum interfecit *i*. Amalecites enim creditur mentitus Davidi se Sauli mortem intulisse *k*: unde dignam tam arrogantis mendacii mortem ipsemet retulit *l*.

Exprobrat Deus præterea iis qui falsos invocant Deos ab iis exaudiendos non esse *m*. Is, qui in die tribulationis non exquirit Deum, & per Deum aliud, non exaudiat Deus, ut Augustinus monet, explicans locum Psalmi septuagesimi sexti *n*: *In die tribulationis meæ Deum exquisivi*: Quare merito subdit David, *& non sum deceptus*.

Porrò cavendum ne quis hoc abutatur loco, quasi ob magnitudinem, vel ob multitudinem peccatorum denegetur gratia reconciliationis in hac vita. Omissis argumentis aliis Concilii Lateranensis sub Innocentio III. sententia est: *Si post susceptionem baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram semper potest pœnitentiam reparari*. Non exaudit Deus clamantes eo modo quo non debent, quum dixerit; *Clamabit ad me, & ego exaudiam eum* *o*: & Joel: *Omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit* *q*: vel quamvis peccata condonet orantibus veniam; non tamen remittit semper pœnas temporales.

Clamaverunt, nec erat qui salvos faceret.) Hieronymus, & in secundo Regum *r*: *Clamabunt, & non erit qui salvet*. Hebraicè utroque in loco elegans est similitudo verborum: ישועו ואין מושיע *Ieschauuehhu ve en moschiahh*. Græca editio libri secundi Regum habet eamdem allusionem, ut quidem legitur in Bibliis correctis: Βοήσονται καὶ οὐκ ἔστι βοηθός: nam in Complutensibus, ac Regiis extat, Ἀνβοήσεται, καὶ οὐκ ἔστι σώζων.

Ad Dominum.) Nempe clamaverunt. Paraphrasi Chal-

t Baruch. 2.
u Ps. 20. 13.
x Deut. 28. 7.c.33. 11.
Ps. 88. 24.
Lev. 26. 24.
y Exod. 23. 27.

a 2. Reg. 8. 10 & 11.
b c. 1. justum libr. 8.
c v. ult.

Mystica interpretatio.
d Luc. 10. 19.
e c. 4. 3.
f Deut. 33. 19.
g Gen. 40. 8.

h c. 22. 40.
i Ibid.
k v. 13.
l Epist. 13.
Nomen Jacob à supplantatione.
m Gen. 25. 33. & seqq. c. 27. 36.
Agellii interpretatio refutata.
n Περὶ ὄβης μεγαυχοφιλοσόφ.

o 1. de Consens. Evang. c. 8.

Phrases Scripturæ.
r 2. Par. 29. 6.
s Jerem. 18. 17.

t Prov. 1. 24. 25. 26.
g c. 13. 15. 16.

h 1. Reg. 31.
i 2. Reg. 1. 5. & 6.
k 1. Machab. 9. 16.
l c. 22. 43.

m Deut. 32. 27
n Jerem. 2. 27.
n vers. 3.

Abusus hujus loci cavendus.

o 1 Sa. 58. 9.
p Ps. 90. 15
q Joel. 2. 32 Rom. 10. 13

r c. 22. 42.

t c. 22. 44.

Chaldæa totum clariùs reddidit sententiam: *Quærent adjutorem, & non erit eis redemptor: deprecabuntur à Domino, & non recipiet orationem eorum.*

Nec exaudivit eos.) Aversa veluti facie, ac indignabunda. Sic profanus poeta describit *a* frustra deploratam ab Iliadibus Palladem:

Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades passis, peplumque ferebant
Suppliciter tristes, & tunsa pectora palmis,
Diva solo fixos oculos aversa tenebat.

Ingenti dolore Job affectus conquerebatur apud Deum *b*: *Clamabo & non exaudies me: Sto, & non respicis me.* Sic præterea in Psal. vigesimo primo *c Deus, Deus meus respice in me, quare me dereliquisti: Deus meus clamabo per diem, & non exaudies.*

Vers. 43.) Et comminuam eos, ut pulverem ante faciem venti: ut lutum platearum delebo eos.

DEstitutos ope divina, nec exauditos à Deo, non erit difficile, sicut nec fuit antea, superare, penitusque delere, quàm facilè pulvis comminui, ventoque spargi potest; & lutum calcari, teri, de platea exportari. Vilissimi ac invalidissimi omnes hostes mei mihi sunt tuis munito præsidiis. Innuit forsitan David Moabitas, *quos percussit, & mensus est funiculo, coæquans terræ* *d*, quod Abulensis exponit, ut conjectos intra funiculos, sive retia, more bestiarum dejici præceperit in terram ad magnam conculcationem, & finproperium. Videri quoque potest, Ammonitas indicare, super quos fecit tribulos, & trahas, & ferrata carpenta transire, ita ut dissecarentur, & contererentur *e*: terravit enim illos, *divisitque cultris, & traduxit in typo laterum* *f*, hoc est, per ingentem laterum cumulum, ita ut dilacerarentur carnes eorum. Id jam priùs notatum est.

Si clamabant Ammonitæ, vel Moabitæ ad Dominum, aut verum Deum, simulabant se invocare, ut Hebræos ad commiserationem excitarent, atque ita qui audiebat, non exaudiebat: aut ad falsum clamabant, qui sicèt audiret, exaudire non poterat, ut Baal Deus sacerdotes suos tempore Eliæ *g*. Constat Philistæos plaga percussos obtulisse munera Deo Hebræorum *h*, ac multo post Antiochum *i* oblaturum voviße.

Comminuam.) Hieronymus, & in secundo Regum *k*, *Delebo*: Græce hoc loco κατατρώσω; in alio autem λεπτύνω, vel λικμήσω, ut est in correctis Bibliis. Significat *minutim molere*, & conterere. In illo inquam alio loco secundo Regum sic erat in aliis codicibus ante correctionem: κλάσω αὐτοὺς ὡς χοῦν γῆς, ὡς πηλὸν τῶν ἐξόδων λεπτυνῶ αὐτούς. *Comminuam ipsos ut pulverem terræ, ut lutum platearum comminuam eos.* Post correctionem pro primo verbo, est λικμήσω, pro ἐξ ὁδῶν, ἐξόδων: pro penultimo verbo, λεπτυνῶ.

Ut pulverem ante faciem venti.) Græcè ὡς χοῦν χοῦν, vel λικμῶ. In secundo Regum *l* desunt, *ante faciem venti*. Lege Psalmum primum *m*, & Isaiæ caput decimum septimum *n*.

Ut lutum platearum delebo eos.) Hieronymus, *projiciam eos*, in secundo Regum *delebo eos ut pulverem terræ*: *quasi lutum platearum comminuam eos atque confringam*. Abulensis legit, *compingam*. Ibidem Chaldaice; *calcavi eos*; & *conculcavi illos*, hic tantùm, *conculcavi illos*. Duplex ista pulveris, & luti comparatio Indicat magna facilitate superatos hostes, & velut in partes minutas contritos.

Quod attinet *ad lutum*, idem Abulensis legens in secundo Regum, ut dixi, *conspringam*, rationem assignat; quia lutum distenditur potiùs, quàm dispergatur, propter humiditatem, & tenacitatem. Atqui lutum dum calcatur, induratur, sicque in plures partes dissolvitur, ac dispergitur. Duo verba in secundo Regum sunt אריקם *adik Kem*, & ארקעם *ereKhaem*. Verbum præsentis loci est אריקם *ariKem*. Primum à רקק *daKaK* significat *contundere*, comminuere, contere, attenuare; secundum à רקע *rakahh*, *extendere*, expandere, diducere: tertium à ריק *rik*, *evacuare*, exinanire, attenuare, vel etiam à רקק *rakak* ejusdem significationis. Affinis in Job *o* locus. *Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutum cervices vestræ*: quas

a Virg. 4. neid. 1.

b c. 19. 19. & 30. 20.
c 21. 3.

d 2. Reg. 2. 2 Loci regii expositio.
e 1. Par. 20. 3.
f 2. Reg. 12. 31.

g 1. Reg. 18. 27 & seq.
h 1. Reg. 5. & 6.
i 1. Machab. 9. 16.
k c. 22. 43.

l Ib. 4. 5. Amalecites qui Saulis mortem se intulisse nuntiavit mentiri credidit.
k 2. Reg. c. 1. 10.
l Ib. 18.
m Deut. 32. 27 Jerem. 2. 27.
n vers. 3.

o Job. 4. 19.
p Infra c. 10. 9. alibi.
r 2. Cor. 5. 5.
s Isa. 64. 8.
t Job. 30. 19.
v Ps. 102. 14.
u Gen. 2. 7.
Homo in suo nomine gerens id quod est *x* Infra 3. 19. 23.
y c. 10. 6. c. 57. 30.
z c. 7. 10. Sensus mysticus.
a 2. Tim. 2. 29. & seq.
b Thren. 4. 2
c In Ps. 1. Error cavendus.

Tropologica expositio.
d Præfat. in Ps. 55. & in c. 1. & in c. 25. primi Hexa.

bus,

bus, contradictionibus, Græcè in Imperativo ῥύσαι: *Anus meas ad populum incredulum, qui graditur via non bona post cogitationes suas*. Populus, quem non cognovit Christus, populus fuit Gentium, quem non cognovit præsentia corporali, in quem tamen Christum sibi annuntiatum, inquit Augustinus *b*, credidit. Isaiæ Paulus e utitur ad idem propositum testimoniis: præterea Moses *d*: *Ego provocabo eos in eo, qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos*: quod paullò aliter idem Apostolus refert: *Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem insipientem: in iram vos mittam*. Adhuc Oseam *e* profert, quod etiam Petrus *g* facit: *Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam dilectam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam*. Lege commentarium nostrum in Petrum.

In auditu auris obedivit mihi.] Ut primùm audiverunt me, vel de me, sed hoc secundum potiùs. Nam videtur vitui auditus opponi, & tamquàm maximè proprius fidei, quæ est ex auditu *h*, commendari. Si quidem hæc interpretemur de Christo, quem relictis omnibus Discipuli, ut primùm audierunt, secuti sunt; & ad horum postea prædicationem gentes adeo multæ. Duos illos sensus opponens inter se Job *i* ait: *Auditu auris audivi te: nunc autem oculus meus videt te*. Inter obedientiæ gradus unum Bernardus *k* ponit, obedire simpliciter; atque *in auditu auris obedire*, esse, quando uno eodemque momento procedit & imperantis imperium, & obsequium obsequentis. Idem *l* distinguit genus quadruplex hominum; Qui cognoscuntur à Deo, & illum cognoscunt: Qui neque cognoscuntur, neque cognoscunt: Qui non cognoscuntur & non cognoscunt: Qui non cognoscuntur & cognoscunt. Primos ait esse Angelos, qui cognoscuntur, quia sunt felices: cognoscunt, quia Dei laudibus vacant, & obsequiis deservunt: secundos, pauperes necessarios, quos nec rerum temporalium copia ditat, nec beatificat servitus divina: tertios, divites sæculi, qui ad cœlestia cor nunquam suspendunt: ultimos, pauperes voluntarios, quos nullæ res adversæ charitate Dei separant, & per fidem obediunt Deo.

Ob auditum auris & obedire Augustinus *m* legit: Psalterium Romanum. *Ab auditu*, &c. Ambrosianum: *ob auditum auris obedivit*. Didymus ait denotari aurem divinitùs communicatam, quam dicit Isaias *n* erigi, & aperiri à Deo: David *o*, profici.

Vers. 45.) Populus, quem non cognovi, servivit mihi: in auditu auris obedivit mihi.

QUem priùs populum in meis subditis non habebam sola nominis mei percepta fama, sese dedidit, ac libens subjecit mihi. Cognoscebat David fortassis Gentes, quas expugnavit, antequam expugnaret, sibique subjiceret: sed non eo modo, quo nobis *noti* dicuntur, qui nobis familiares, vel qui aliqua ratione conjuncti sunt nobis: nescire, ac ignorare dicimur, vel quos non approbamus, vel quos ne vidimus quidem, aut omnino novimus.

Minatur Deus transgredientibus legem, futurum, ut omnes labores eorum comedat populus quem ignorant *u*, & ducantur in gentem quam ignorant *x*. Similis sensus, quando scribitur Deum nescire, aut ignorare aliquos, aut non cognoscere ampliùs *y*. Populus ergo, quem non cognoscebat Deus, populus Gentilis erat, qui Deum ipsum non cognoscebat vera privatus fide. Ad eumdem loquitur Isaias *z* modum, Deusve apud illum, de Christo: *Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis; & gentes, quæ te non noverunt, current; & a, Quæsierunt me, qui non interrogabant: invenerunt, qui me non quæsierunt: dixi, Ecce ego, ecce ego ad gentem, quæ non invocabat nomen meum*; &, *expandi ma-*

a 22. Reg. 9. 10
b Rom. c. 15, fere toto.
c 2. Reg. 20. 2. 2.
d Luc. 23. 4.
e Hebr. 12. 3.
f Act. ult. 22
Hieronym.
g Vers. 10.
h Isa. 63. 1.
i Luc. 23. 21.
k Act. 2. 41.
l Infra 144. 14.
m Infra 5. 23.
n c. 22. 44.
o Ephes. 1. 22.
p v. 2.
q Rom. 15. 9. 11.
r vers. 1.
Phrasis Scripturæ
s 1. Reg. 15. 27. Amos 6. 7
t Osea 11. 2. Cor. 11. 3. Ephes. 5. 23.
u 3. Par. 7. 9. art. 6.
u Deut. 28. 33.
x ibi. v. 36.
y Ps. 73. 9.
z c. 55. 5.
a c. 65. 1. 2.

b 17. de Civi. c. 16.
c Rom. 10.
d Deut. 32. 21.
e c. 2. 23.
f Rom. 9. 25.
g 1. Ep. 2. 10
h Rom. 10. 17.
i c. ult. 5.
k Ser. de vitt. obedien. In auditu auris obedire quid sit.
l Serm. 40. ex parvis Quadruplex hominum genus à Bernardo distinctum.
m Hic et 19. de Civit. c. 16.
n c. 50. 4. 5.
o Is. 59. 7.

adversatos, tanto etiam pavore concussos; ut ad sevium redigi viderentur, & pedibus consistere non posse, nec in occultis loci tuti satis esse.

Quintus, Cajetani, explicari causam, ob quam David sit constitutus in caput Gentium *u*; fuisse autem gravem injuriam, qua nuncios illius Ammonitæ affecerant: tunc enim hos eum amicum negavisse, crimen explorationis affinxisse: interceptos autem esse, vel exaruisse, atque claudicasse, aut timuisse à semitis, sive clausuris, quia David eos delevit, & ipsam illorum regiam occupavit.

Sextum adhibet Trevetus, & Lyra: Quamvis adeo alacriter adjectæ sint Davidis imperio Gentes externæ, tamen non diu perseveraturas in fidelitate, sed quia alienæ sunt à populo Judæi, defecturas à fœdere, ac solutione tributi, in veterandas redeundo ad veterem consuetudinem, & inobedientiam: sed hoc eis malè cessurum, quia redigentur in angustias, ita ut non possint amplius resistere, vel consistere.

Septimo Abulensis in secundo Regum declarat de defectione Absalonis, & sectatorum; vel etiam de Seba, quum quo defecerunt ferè omnes à Davide *b*: sed tandem devicti sunt, & Seba intra Abelam conclusus, & occisus.

Octavum sensum dat Vatablus, externos, fœdus, quòd inierant cum aliis, rupisse propter David; & ad eum desciviſse, & consternatos accessisse.

Nonum tradunt multi Patres, & Genebrardus. Hebræos, quorum *generationem adulteram* appellat Christus *c*, qui promiserant se audituros Prophetam *d*, quem Moses venturum prædixerat, fidem fefellisse, dicendo eum regnare super ipsos, nec habere se Regem, nisi Cæsarem *f*: Inveteratos esse permanendo in veteribus moribus suis opinionibusque, in veteri homine, idque animo obstinato, & ad interitum, ut senescentibus contigit rebus, tendendo g, tandem declinando, ac errando de via, quam Patres ipsorum usurpaverant, impreſsamque reliquerant, dum Christum repudiaverunt.

Decimo loco explicat Osorius, *filios alienos*, Gentiles esse, qui sint Deo, sive Christo, hoc est, in gratiam ipsius mentiri, à principibus suis libro ac magno animo deficiendo: & quum cogitarent quàm priùs turpiter, ac flagitiosè vixissent, quam crassis in erroribus versati, dolore propè contabuerint, & à priore vivendi ratione viaque velut pedes retulerint, & firmitùs in veritate, atque sanctitate defixerint.

Sensus mysticus.

Ex his dicendis modis postremi duo, sunt mystici, sed (maximè nonus) propter consensum Patrum, reliquis præferendi, sub quibus ut in umbra latent, ut in figura, ac typo continentur. Inter primos octo, placent magis, qui sunt de Hebræis à Davide rebellantibus: tum quia meliùs illis dicti mystici sensus respondent, qui eosdem Hebræos refutatos à Deo, & Christo docent: tum quia nomen *filiorum alienorum*, vel *alienæ*, aptiùs illis convenit, quàm Gentilibus, ut ex singularum enucleatione partium magis patescet.

Filii alieni.) υἱοὶ ἀλλότριοι. Chaldaicè quoque epithetum est numeri pluralis בנינכראין *benenechraiin*, sed Hebraicè numeri singularis נכרי *benenechar*. *Alienus* intelligi potest mysticè quidem Diabolus, ex quo patre Judæos vocabat Christus *h*: ad literam his qui quum jure subditi essent, & sub David erant tamquam sub legitimo rege & patre, defecerant ad alium tyrannum, & adulterinum principem. Quod si numerum pluralem retineamus, *alienos* quoque intelligemus Gentiles, qui ἀλλόφυλοι dici solent, ac alienigenæ, & quos vocat Paulus alienatos à conversatione Israel *i*, hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, sine Deo in hoc mundo.

Legitimus rex subditos ut pater regit, patrisque nomine appellatur, & Aristoteles *k*, παιδικὴν πολιτικὴν βασιλέως scribit esse *paternam gubernationem regis*; & hunc etiam esse ὡς ποιμένα προβάτων, *ut pastorem ovium*: ideoque ab Homero Agamemnonem ποιμένα λαῶν, *pastorem populorum*, nominatum. Gloriabantur & Romani supra modum titulo *Patris Patriæ*, (sive id primus Cicero sortitus sit à Q. Catulo, ut significat in Pisonem, & pro Sextio: vel à Catone, ut Plutarchus *l*, & Appianus *m*, Plinus Senior *n*, Juvenalis *o*, sive alius, ut Romulus, Camillusve, sed nondum ex de-

Acreto Patrum omnium. Legatur de hoc honorifico titulo Seneca *p*, & Plinius junior *q*) & suos Senatores *Patres* nominabant: denique Dominum suum Naaman Syrum famuli, *patris* quoque nomine appellaverunt *r*.

Manuel Palæologus in præceptis educationis Regiæ hoc summi momenti dedit Joanni filio *s*, ut verus rex erga subjectos sibi populos, patris, pastoris, medici, doctoris, & si qua saluti consulere persona potest, ejus locum obtinere se sciat, & Christum, cujus minister est, magis imitetur inserviendo, quàm imperando, plus voluptatis capiat, regnum melius efficiendo, quàm illi, ad quos ejus rei fructus pervenit.

Bernardus *t* mysticè *filios alienos* vocat omnes homines, filios, ob retentam dignitatem naturæ; alienos, propter amissam rectitudinem Judæi, ut antè dixi, sic vocantur, ut & *generatio adultera* *u*, sive filii adulterini, dissimiles ac degeneres. Sic rursus in Psalmo centesimo quadragesimo tertio *x*, appellantur: *libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum*: Paulus *y* etiam eos qui sunt *extra disciplinam, cujus participes facti sunt omnes, adulterinos, & non filios* asserit. Omnis peccator filius alienus est, quia quum sit Dei, possident eum alieni absque *z* Deo. *Non sumus nostri, empti enim sumus pretio magno* *a*. Convertitur anima peccatrix in *pravum* tamquam *vinea, aliena* *b*.

Gentiles intelligunt alii, & Paraphrastes favet vocans *filios populorum*. Quisquis ab æternæ vitæ præmiis abdicatur, alienus est, ut Isidorus docet *c*, licèt id propriè de Judæis affirmet, quorum gens peccatrix, & populus gravis iniquitate, & *ab alienati sunt retrorsum* *d*. Irenæus *e*, quicumque non obediant Deo, secundum naturam quidem filios ejus esse ait, quoniam ab eo facti sunt: secundum autem opera non esse, sed potiùs Diaboli quem imitantur. Confirmat Isaiæ testimonio: *Filios nutrivi, & exaltavi: ipsi autem spreverunt me* *f*.

Mentiri sunt mihi.) Chaldaicè: *In præsentia mea, ante me, in conspectu meo*. כדמי *kodami*. In secundo Regum *g*: *Resistent mihi*. Hebraicè תכחשולי *itchehachasuli*. Hoc autem loco est Hebraicum verbum כחשו *jechachasu*. Significat כחש *chachas* non solum *mentiri*, negare, fallere, sed etiam attenuari, & marcescere, atque humiliari. Ergo, *mentiri sunt*, significare potest quòd emarcuerint, contabuerint, defecerint. Adhibetur hæc formula, quando de frugibus agitur, fructibusque: dicuntur namque mentiri, ut *opus olivæ* apud Habacuc *h*, vinum, apud Oseam *i*, hoc est, vites, vel uvæ, quum non respondent spei agricolæ, aliud ve quàm expectabat, plantæ ferunt. Sic Horatius *k* quoque loquitur:

——*Spem mentiri segetis*.

Similem possunt habere sensum alterius verba Psalmi *l*: *In multitudine virtutis tua mentientur tibi inimici tui*, hoc est, inimici tui deprehendentur debiles ac invalidi longè aliter quàm ipsi de se, aut de illis alii opinarentur. Rursus in alio Psalmo *m*: *Inimici Domini mentiti sunt ei*: Item quod in Deuteronomio Latinè legimus *n*: *Negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis*, Hebraicè est יכחשו *ijcachasu*. Græcè ψεύσονται σοι, *mentientur te*, vel *tibi*. Eodem potest pertinere, quando *nugæ* vocantur, qui à lege recesserunt *o*, idest, mendaces in legem quam se promiserant servaturos.

Attamen reliqui sensus, quos antea recitavi, probabiles sunt, ut de negata fide, de simulata obedientia, de falsa virium ostentatione, de timore tanto, ut, ne in pactestatem redacti severiùs punirentur, negarent se, (quod est quadam ratione resistere) quidquam adversus Davidem commissse, vel tentasse. Solent Hebræi verba pro verbis ponere, quum significant res vel actiones conjunctas, aut affines. Exempli causa, *consolari dicunt*; pro dolere, quia contolatio his qui dolent, adhibetur: *Heu consolabor super hostibus meis* *p*, idest, dolebo. Item *fugere* pro festinare: *Fuge* *q* *dilecte mi*, siquidem qui fugiunt, maximè festinant. Sic ergo *mentiri* usurpant pro subjicere se victori, quoniam qui se ita subjiciunt, vel adulantes, vel metuentes, multa mentiuntur. Hac de causa olim *fures* pro servis Latini dicebant, ut notat Jansenius, quòd furari soleant servi propter nimiam in eos dominorum parsimoniam. Judæorum vetus vitium, filios mendaces esse, filios nolentes audire legem Dei *r*: mentiri contra Dominum: concipere, & loqui de corde verba mendacii *s*; immo Prophetis

p 1. de Clem. c. 14.
q ap. antegr. Trajani. Patris nomen quo pretio, & quibus olim tributis
r 4. Reg. 5. 13
Manuelis Palæologi Joanni filio præcepta data.
s Ep. c. 5.
Mystica Bernardi expositio.
t Ser. 80. in Cant.
u Mat. 22. 39. c. 6. 4.
x vers. 7.
y Heb. 12. 20
z Isa. 26. 13
a 1. Cor. 6. 20
b Jer. 2. 21.
c de Vocat. Gent. c. 6.
d Isa. 1. 4.
e l. 4. c. 79.
f c. 1. 2.
g c. 22. 45.
Phrasis loquendi.
h c. 5. 17.
i c. 9. 2.
K. l. 1. Epist. in 7.
l Psal. 65. 3.
m Ps. 80. 16.
n c. 33. 29
o Sophon. 3. 12.
Verba pro verbis poni solita apud Hebræos
Consolari, pro dolere.
p Isa. 1. 24.
Fugere pro festinare.
q Cant. ult. 14. Verbi mentiri usurpatio.
Fures pro servis unde dicti. Judæorum vetus vitiũ, mendacium.
r Isa. 30. 9. 10.
s Infra 58. 22. 22.

Senior. l. 1. c. 7. c. 30.
o Satyr. 8.

Dorini in Psal. Tom. I.

objicere quod loquerentur mendacium *a*: imperarunt Aut ait Parerius *x* post Augustin. *y*, unum testamentum
quoque custodibus sepulchri Christi, ut dicerent, quum recipiunt, aliud spernunt; & ut hoc loco Hieron. Pa-
dormirent. Discipulos illum furatos esse *b*: falsos item trem credunt, filium non credunt: & ut Prosper *z*
testes contra Christum subornaverunt *c*: multis calum- claudicantes per errores, Christumque sequi nolentes,
niis affecerunt, vocando eum dæmoniacum *d*, Samaritanum *e*, voracem & potatorem vini *f*, legis transgressorem *g*, seductorem turbarum *h*, gentis suæ subversorem *i*, & prohibentem tributa dari Cæsari *k*, &c.

Inveterati sunt.) Augustinus, Psalterium Romanum, & Ambrosianum, *Inveteraverunt*. Hieronymus, *Defluent*. In secundo Regum *l*, *Defluxerunt*. Ibidem Græce, ἐπορρώησαν, vel, ἐπορρωήσουσι, *Abjicientur*. Hebraice utrobique יגלו *ijgolu*, quod verbum Psalmo primo *m* Latine *deficiet*, Græcè, ἐπορρύησεται exponitur. Chaldaicè in eodem Psalmo primo, *folia defluent*, מיעי *maberin*. In hoc & in secundo Regum *n* *consumentur*, seu *deficient* יסוגון *jesugun*, hoc est, præ vetustate humoris, & deositate cadent, ut solent folia fructuique, quando vel arescunt, vel marcescunt. Idem verbum Hebræum לבן *naval* significat præterea *decorari*, turpem ac vilem, habitumque haberi: unde resturpis ac fœda nominatur נבלה *nevalach*, vel נבלות *nauluth*. Ad eam respexit Symmachus notionem, veritens hoc loco, ἀτιμωθήσονται, *dehonestabuntur*, sive, dedecorabuntur, ut notat Theodoretus, vel, ut Scholion Græcum ἐκμαυρανθήσονται, *dehonestati sunt*. Res vetustate consumptæ vilescunt sicut vas, quod etiam cognominatur *perditum* *o*: *Factus sum tamquam vas perditum, quoniam audivi vituperationem multorum*. Arias putat sumi translationem à lapidibus, qui ædificationi admoti & applicati, non conveniunt, nec hærent. Melior dicta ratio ex arboribus: quo modo quod est vetus, nunc in bonam sumatur partem, nunc in malam. Lege Chrysost. *p*: Mala Judæorum vetustas, quia vetera peccata, quia veteri nimis addicti legi, ritibusque.

Claudicaverunt à semitis suis:) Sicut hi, quibus Elias *q* exprobrabat *r*: *Usquequo claudicatis in duas partes?* ut Hieronymus observat. Idem hoc loco. *Contrahantur in angustiis suis*, quo etiam pacto in secundo Regum *s*. Ibi Græcè est σφαλάσω ἐν, vel, ἀπὸ τῶν, συγκλεισθῶσι αὐτῶν, *errabunt ex*, vel, *ab angustiis suis*, sive *conclusionibus*. In utroque loco Hebræa sic habent, מסגרותם *misgerotham*, vel, מסגלותיהם *mimisgherotehem*. Fieri potest ut Lxx. hic legerint מלותיהם *mimmesillothehem*: nam & alibi reddunt מסלה *mesillah*, τρίβον, ut in libro Judicum *t*: *De cœlo dimicatum est contra eos: stellæ manentes in ordine, & cursu suo adversus Siseram pugnaverunt*. Ubi pro *in ordine, & cursu suo*, in emendatis Bibliis Græcè est, ἐκ τρίβων αὐτῶν, quod in aliis legitur ἐκ τῆς τάξεως αὐτῶν, Hæbraicè autem מסלותם *mimmesilotham*: Chaldaicè, de loco quo exeunt itellæ. Apud Joelem *u* similis locus: *Viri in viris suis gradientur, & non declinabunt à semitis suis*. Ubi τρίβοι: sed Hebraice ארחות *orechoth* ejusdem ferè significationis, & est sermo de ordine militari. Quare *claudicavisse à semitis suis* significare posset, declinavisse à semitis, deteriusse ordinem suum, fugatos esse, & in fuga sine ordine dissipatos esse.

Hæc Agellii sententia probabilis, sed non sim tam facilis, ut alio suspicer usos verbo Lxx. nempe חגר *chagad*, quod omnino in Bibliorum textu non reperitur. Et חרג *charag* proprium hujus loci verbum, *paveré*, & pavorem externo signo demonstrare, quale, quum vacillant pedes, & crura. Potuit item claudicatio nasci ex conclusionibus, aut angustiis David, quibus victos David devinxerit, & constrinxerit. Vel conclusiones idem valent quod semitæ, prout eas declaravimus de ordinibus militaribus, inter quos, quasi intra lineas milites concludantur. Intelligunt alii legentes verbum חרג *chagar*, *cingere* per conclusiones, aut cingula, quorum resolutio denotat dissolutionem virium, aut retinendi חרג *charag*, *timere*; munitiones & palatia, intra quæ etiam præ metu concluso timere hostes non desierint. Meminit de his dicendi modis etiam Eugubinus. Arias translationem vult esse ex lapidibus perperam in pariete locatis, qui nutent ac labefactentur de cavernis suis. At longè aptior interpretatio quæ prior editioni nostræ: pro qua apud Theodoretum Symmachus ἐκπεπτωκότα *confundentur*.

Habet hic quoque locus mysticos suos sensus præter illum de Judæis, quem principio retuli ex Hieron qui, indi-

a Jer. 43. 2.
b Mat. 28. 13.
c Mat. 26. 59. 60.
d Joa. 8. 48.
e Ibid.
f Mat. 11. 19.
g c. 12. 10. & Joa. 9. 16.
h Luc. 7. 12.
i Luc. 23. 2.
k Ibid.
l c. 22. 44.
m v. 3.
n Supr. 46.
o Ps. 30. 14.
p Hom. 15. in 1. ad Cor. Maia Judæorum vetustas.
q 3. Reg. 18. 21.
r Præfat. in c. 17. Isa.
s Supra.
t c. 5. 20.
u c. 2. 7.
Claudicare à seminis suis, quid.

Verf. 47.) Vivit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus salutis meæ.

TOt beneficia, quæ contulit in me Deus (enumeratorum prius colligit summam) efficiunt ut eum Deum verum ac vivum confiteri omnes debeant, & omnibus celebrandum laudibus, & benedictionibus judicent, velut auctorem tantorum tamque illustrium dictorum beneficiorum. Non dii tales Gentium penitus inficiaces, omninoque mortui, qui nec prodesse quidquam valent, nec obesse.

Vivit Dominus.) Chaldaicè, *Permanens ipse* קיים הוא *Kajam hu*. Vertunt aliqui: *Vivat Dominus*. Hæc est imprecatoria, & gratulatoria formula, quæ regibus nuncupabatur *f*: illa juratoria *g*; sed aliquando etiam eadem vim habens cum priore, quæ isti quoque loco sola magis convenit. Hebraicè חי *chai*: vel imperativus est, vel participium, vel nomen.

Acclamatio, gratulatioque & imprecatio, non de sola vita est, sed de felici & fortunata. Sic namque *vivere*, & *vita* interdum accipiuntur apud profanos Auctores, & sacros. Quod in primo Regum *u* legimus, *sit fratribus meis*, Hebraicè est לחי *lechai*, *viventi*, idest, diviti ac fortunato Nabali. Epithetum Dei unum est, ut dicatur *Vivens* *x*: Sæpius etiam non modò alii jurantes proferunt: *Vivit Dominus*: verùm etiam Deus ipse: *Vivo ego*, & alius per alium jurans: *Vivit anima tua* *y*.

Quod autem spectat ad gratulationem, ea utebantur, agendo cum Regibus: *Vivat Rex* *z*, *Rex in æternum vive*, vel *in sempiternum* *a*. Deo tribuitur cognomen Viventis, ac Vivi, quia quidquid factum est, in ipso vita erat *b*: in eâque vivunt omnia, moventur, sunt *c*: cuncta semper gubernat nunquam vacans, sed quasi in actione motuque continuò. Tradunt Cabbalistæ *d*, invocatum Jehovam, quem dicimus Patrem per alia duo nomina אלהי *elohai*, largiri per אדוני *Adonai*, hoc est, per Dominum, quem vocamus Filium, tum cetera, tum vitam incolumen, & ab hostibus tutam consuevisse. Hæc ipsa de re nos alibi, de que Græca voce ζεύς, quasi ἀπὸ τῆς ζῆν, seu ἀπὸ τῆς ζωῆς. Basilius; Theodoretus, Nicephorus, Euthymius, Hieronym.

x in Ps. c. 45.
y Hoc loco.
z 1. de Prad. c. 24.
a Gen. 32. 25 & seqq.
b In expos. Symb. Niceæ Ser. 80. in Cant.
Omnis homo post peccatum primi parentis, claudicare dicitur, non corruisse. Cyrilli Alexandrini mystica expositio.
d l. 12. de Adar. in Spir.
e 2. Reg. 5. 8.
f Mat. 12. 9. 8.
g in c. 28. Isa.
h in c. 33. Isa.
i Ib. 5. 23.
k Mat. 18. 12.
l c. 35. 6.
m Ibid.
n in c. 31. *o* Ibid.
p c. 4. 6. 7.
q c. 3. 19.
r De vocatione Gent. c. 5.

indicari putant Christi resurrectionem, cui Christo Judæos contradixisse priùs dictum est, quum etiam de medio sublatum, non amplùs vivere arbitrarentur.

Benedictus.) Dignus, de quo bene cuncti dicant, loquanturque, & omni genere laudum concelebrent, quem Cœlites benedicunt semper. A verbo Hebræo ברך *barach*, unde ברוך *baruch*, est etiam ברכה *berachah*, *piscina & fons exuberans*, quasi hoc epitheton Dei eum denotet affluentem, & omnibus exuberantem; atque, ut ita dicam, fontalem, inundantem, profluentem, fœcundum. Benedictio certè pro copia, & affluentia sumi solet.

Deus meus.) צורי *tsuri*, *petra mea*, propugnator, præsidium. In secundo Regum ἀντιλαβός μου; Qui creavit, vel formavit me. Legit forsitam, qui Græcè convertit יוצרי *jotseri*: quia יצר *jatsar* est *fingere*, & facere ex luto.

Meus.) In emendatis libris est μοῦ, quod non erat in Complutensibus Regiis, & aliis, ut in iis, quibus utebantur Sunia, & Fretela: quibus respondet Hieronymus *b*, ita vertisse septuaginta, & alios interpretes.

Exaltetur Deus salutis meæ.) In secundo Regum *c* *Exaltabitur Deus fortis salutis meæ*. Sic ibi ex Hebræo צור ישעי *tsur jischhi*: Græcè ὁ ΘΕΟ'Σ μοῦ, Σωτὴρ μοῦ. *Exaltare*, atque *magnificare Deum* est, magnum, & altum declarare; laudibus efferre, ac evehere, qui per se ac solus altissimus est *d*, & laudabilis nimis *e*; & omni major laude *f*. Exultationem istam hoc loco hi quos nominavi Patres accipiunt de ascensione Christi. Nyssenus autem in fragmentis *g*, & Valentia hoc loco, & Athanasius *h* & Euthymius *i*, Trinitatis personas colligunt ex verbis istius versus, in quo nominatur semel Dominus, bis Deus.

Salutis meæ.) ישעי *jischhi*. In Habakuc *k* Latinè eadem vox reddita est per nomen proprium *Jesu*, & Græcè per Σωτῆρος, *Salvatoris*.

Verf. 48.) Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis.

Verf. 49.) Et ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me.

SAlutis meæ Deus es: quoniam per te mihi licuit ulcisci hostes, & varias præterea adjungere ditioni meæ improbissimas nationes, quas ante me alii nequiverant: tu me ab infestissimis inimicis liberasti: tu ereptum ab iis, qui summo me furore ferociaque impetebant, & illustri data victoria regnoque glorioso, ad summos honores, & potentiam evexisti: denique ab iniquo me tyranno, qui toties mortem molitus est, singulari providentia eripuisti.

Deus qui das vindictas mihi.) Symmachus apud Eusebium. *Deus qui supplicia mihi prabes*. In secundo Regum Græcè: Ἰχυρὸς ΚΥΡΙΟΣ ὁ ΘΕΟ'Σ ἐξ ἐλπίδος, &c. *Fortis Dominus Deus qui dedit*, &c. Hoc loco Psalterium Romanum, & Ambrosianus: *Deus qui das vindictam mihi*. Non ipsemet David, sed per Palæstinos Deus de medio sustulit Saulem * Id optavisse visus est David, quando in potestatem ipsius redacto Sauli parcens, dixit *l*: *Judicet Dominus inter me, & te*: & *ulciscatur me Dominus ex te: manus autem mea non sit in te, sicut & in Proverbio antiquo dicitur*: *Ab impiis egredietur impietas*: *manus ergo mea non sit in te*, &c. *sit Dominus judex, & judicet inter me, & te*: *& videat, & judicet causam meam*: *& eruat me de manu tua*. Gavisus quoque gratias egit Deo, ac laudavit Abigail, quòd prudenter impedivisset, ne se de viro ejus Nabal ulciscereturmanu sua *m*.

Ad Deum spectat ultio vindictaque *n*: eamque retribuit in hostes *o*: & justi eam videre aliquando desiderant *p*: & quum viderint, lætantur *q*: *Cognovi*, ait David *r*, *quia faciet Dominus judicium inopis, & vindictam pauperum*, Mysticè Romanis ista conveniunt, per quos pœnas de Judæis Deus, Christusque repetiit, subdendo sibi Gentiles.

Subdis populus sub me.) Hieronymus, *Congregas*: licèt in codicibus Regiis dicatur vertisse, *subdidisti*: quo etiam pacto psalterium Romanum, & Ambrosia-

Benedictis pro copia & affluentia.
a c. 22. 47.
b Epist. 135.
c Supra.
d Ps. 46. 4.
e Ps. 47. 2.
f Eccl. 43. 33.
g Tom 3. Bibliorth. Patrum Colonien. 478. Trinitatis personæ ex hoc loco collectæ.
h l. 1. de unitate Deitate Trinitatis.
i Pasop. p. 1. sit. 8.
k c. 3. 18.
l 1. Reg. 24. 13. 14. 15.
m Ib. c. 25. 32. 33.
n Deut. 32. 35. Rom. 12. 19. Ebrd. 10. 30. Eccl. 28. 1.
o Deut. 32. 41. 43. Mysticus sensus.
p Ier. 10. 11. 21. 12.
q Ps. 57. 12.
r Ps. 139. 13.
s c. 22. 48.
t Verf. 4.
u v. 2.
x c. 22. 49.
y Epist. 135.
z Ad 17. & 9
a Prov. 17. 4
b Act. 9. 1. 4.
c infra 22. 7 26. 13.
d Act. 9. 4.
e Isa. 60. 14.
f Apoc. 12. 12
g Citat eum hic Dionys. Carthus.
h Ps. 14. 4. 123. 3. Psal. 139. 3.
i Ps. 137. 7.
k c. 22. 49.
l 1. Reg. 16. 11.
m Ib. 17. 33.
n Ib. 17. 43.
Mysticus sensus.
o Philip. 2. 9
p Gen. 37.
q c. 22. 49.
r v. 17.

ipsius iniquitas ejus descendet. In Psalmo centesimo tri-A
a *verf. 5.* gesimo nono *a*. *Eripe me Domine ab omni malo, à viro iniquo eripe me*. Secundò loco est Hebraicè חמסים *meisch chamassim*, quamvis Hieronymus vertat מאיש *meisch chamassim*, *a viris iniquis*. Et notandum nomen איש *ilsch*, & אנשים quasi strenuè ac viriliter, ut ita dicam, improbus designetur. Denique in Psalmo vigesimo quarto *b*, *Odium iniquum quo odernnt* quidam, dicitur שנאת חמס
b *verf. 19.* *sinath chamas*, idest, *sævum*, capitale, implacabile. Quamquam sumi potest singulare pro plurali. Mysticè Diabolus, Judas proditor, primarius quivis improbus, auctorve nequitiæ intelligitur, sævus & crudelis præsertim, ut Eusebius, & alii docent.

Verf. 50.) Propterea confitebor tibi in nationibus Domine: & nomini tuo Psalmum dicam.

Verf. 51.) Magnificans salutes regis ejus, & faciens misericordiam Christo suo David, & semini ejus usque in sæculum.

PRopter enumerata beneficia gratias agit Deo, seque celebraturum illum pollicetur, & Psalmos de laudibus ejus editurum, & decantaturum, non in Judæa solum, & apud omnes nationes, ad quas sui perveniant Psalmi, quos speret, ac prævideat in Ecclesiis solenniter concinendos, & recitandos ubique; ita ut hac ratione per omnium aliorum ora ipse à laude numquam cesset: nam freqbentes, atque magnas se, ab ipso constitutum regem salvationes accepisse, quibus illustrior sit redditus: insignem sibi in regem inuncto benignitatem & misericordiam impentam: sed & posteritati suæ eamdem perpetuò Deum promisisse, quàm potissimum præstiturus sit in Messia nascituro ex ipso, & erga eos, qui credendo in illum, illius membra, & semen sint suum hoc modo futuri.

Confitebor tibi in nationibus Domine.] Hieronym. & in secundo Regum *c*, & in Epistola ad Romanos *d*, *in Gentibus*: Idem utrumque significat, & Paulus accepit
c *c. 22. 50.* ut à Judæis distinguuntur, licèt interdum גוים *goijm*
d *c. 15. 9.* *sive* gentes de illis dicantur, ut docuimus. Psalmo secundo *e*, *Confiteri* hic, & ubicunque est verbum הודה
e *verf. 1.* *chodah*, unde sumptum aliàs dixi *ôdeon* & *odai*, *cantare*, significat, quod magis exprimunt sequentia hoc loco, *Psalmum dicam*: Græci notant, Davidem prævidisse decantandos Psalmos suos perpetuò in Ecclesia: quæ de re diximus in Præfatione *f*. *In omnibus urbibus*, ait Theodoretus, *pagis, agris, terminis, montibus, & collibus, terra, mariqne, inque omni regione cultu, & deserta beatus David per piorum linguas Deum laudando celebrat*. Eumdem sequitur sensum Lyranus, quem immeritò minùs probabilem judicat Abulensis in secundo Regum. Fateor probabile, ut significet se David, quod in Ie est, ubique, & apud omnes laudaturum Deum, quod alibi dicit *in Ecclesia magna*, *&*
g *Ps. 34. 19.* *populo gravi*, g, sive multo, quod præcipiebat Raphael
h *Tob. 12. 6.* *h*. *confiteri coram omnibus viventibus*. Sed prior sensus est Pauli, qui hoc ex loco, & ex simili in Psalmo centesimo decimo sexto retundit Judæi fastum, ne propter promissiones uni sibi usurparet Evangelium, & Gentes excluderet, quæ non prius ad legis scriptæ custodiam transivissent. Fatetur promissiones factas Judæis, & B
quodam quasi jure, & ex justitia, & veritate seu veracitate illis deberi Evangelium, & Christum Jesum ministrum fuisse Circumcisionis (idest Judæorum, ex quibus homo factus, & apud quos prædicavit) propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones Patrum, qui etiam se non missum dixit: *nisi ad oves, quæperi-*
i *Mat. 15. 24* *rant domum Israel* i: tamen voluisse, ut gentes super misericordia honorarent Deum; non quòd non etiam Judeis exhibita sit misericordia, sed quia Gentibus promissiones factæ non sunt. Et hac ratione simul deprimit Apostolus arrogantiam Gentilium contra Judæos, qui sese extollebant, quòd illi veluti rejecti essent, ipsi sublati, ut Augustinus annotavit *k*. Verba *confitendi*,
k *lib. exposit. 25. Epist. ad Rom. in fin.* ipsi sublati, ut Augustinus annotavit *k*. Verba *confitendi*, & *Psalmum dicendi*, misericordiam indicant: hæc enim fiunt præcipuè pro beneficio, quod ex liberalitate gratisque collatum sit. Hæc est veritas, quam daturum
l *Gen. 7. 20.* Deum Jacob prædicit Michæas *l* auctori tribuum Judaicarum; misericordia, quam Abraham patri gentium.

Magnificans salutes regis ejus.] Hieronymus, *Magnificanti salutes regis sui*, (nimirum confitebor, & Psalmum dicam. Euthymius subaudit, ò Domine, ut sit sensus, Tu, ò Domine; magnificans es, aut magnas facis salutes meas, nam loquitur de se in tertia persona, & se regem Dei vocavit: quia constitutus est à Deo immediatè. Alioqui piè nostri Principes se Dei gratia Principes factos nominant.

Mirabilibus ac prodigiosis quibusdam modis maximas Dei beneficio David retulit victorias. Illam Jonathæ cum armigero admirabilem victoriam Hebræi appellaverunt *salutem magnam* m. Quàm verò mirabili, eoque multiplici modo salutem Deus per regem ac Filium suum Christum sit operatus, nemo ignorat Christianus, cui facile fuerit ab incarnatione inductionem per vitam totam usque ad mortem, resurrectionem, ascensionem, missionem Spiritus sancti. Non erant adeo magnæ magnificæque ante adventum Christi salutes, quando notus tantum erat in Judæa Deus
m *1. Reg. 14.*
n, ait Ruffinus.

Christo suo David.] Omnis rex *Christus Dei* dicebatur apud Hebræos, ex quo loquendi modo factum est D
n *Ps. 75. 2.* *Christus Dei* rex apud Hebræos dici solitus. o *Isa. 45. 1.* Cyri contra Babylonios exercitus, Deo instigante. p *in scholiis de incarn. cap. 1.* q *Ps. 104. 15.* r *de lingua Latina.* Censoris unctio.
ut etiam Cyrus *o* ita nominaretur, quia Christi typus erat, quamvis oleo, saltem sacro, non unctus: & quia contra Babylonios duxit exercitum, instigante illum in id Deo, ut Cyrillus *p* Alexandrinus notat, disputans de vocabulo *Christi*. Sed & Patriarchæ eodem vocabulo cognominati intelligi possunt *q*, licèt revera oleo externo minimè uncti legantur, sicut Reges, Sacerdotes, Prophetæ. Varro *r* scribens de initiatione Censoris, tradit post noctem ab aulpicata censura, ubi luxisset, illum, & scribas, & magistratus myrrha unguentique ungi solitos esse, nec satis tamen constat, an ad certum id referat ritum, sive ceremoniam, an ad luxum.

Præterea, quæ dixi Psalmo secundo *f*, quæri posset, *f verf. 2.* Cur soli, aut certè ferè semper *Christi* nomine dicantur reges, quum oleo inungerentur etiam Sacerdotes, & Prophetæ; Item. Quare Salvator noster dici potius voluerit *Messias*, sive *Christus*, quum sit major dignitas Sacerdotalis, quàm regia. Non vidi, qui excitaret quæstiones istas, Responderemus, ex usu loquendi potius attributum nomen *Messiæ* regibus: inter quos qui ἐξοχὴν ita vocabatur, ab Hebræis expectabatur. Eodem autem quoque nomine dici propterea verum Regem regum *Salvatorem* oportuisse. Scio etiam quòd Elisæum narratur ab Elia unctum *r*, exponi à Lyra- Elisæi unctio.
no *s*, & Carthusiano *x* de sola electione, & palliisuper eum injectione *y*, quum de materiali unctione nihil aliud exprimatur. Possent præterea qui prohibentur tangi *Christi z*, reges dumtaxat intelligi. De regibus & Pontificibus tantum ungi solitis meminit Augustinus, *a* explicans Psalmi verba: *Unxit te Deus* b. Fortassis Messiam suum Hebræi & regem, & Pontificem futurum existimabant. Sacros reges appellatos etiam apud Gentiles scio, non propter consecrationem, sed quia divinam repræsentabant Majestatem, unde illi *c*:

— Γ'ρὸν μόνος Ἀ'λκινόοιο.

Sacrum robur Alcinoi.

& Imperatorum rescripta, seu litteræ vocantur interdum *sacra*. Sed nec apud Hebræos oleo semper sacro reges inunctos, verùm etiam vulgari, Abulensis *d* credit, ut à Samuele Davidem *e*, quamvis oleo sancto unctus dicatur, *f* idest, non quia sacrum fuerit, ut Euthymio *g* tamen placet, & Genebrado, sed quia unctus est David jussu Dei. Nisi velimus, Psalmum propriè accipiendo, intelligere de oleo, quo inunctus est David ab alio, quando rex omnium tribuum creatus est *h*, vel etiam prius, quum Rex super Juda *i*.

Christus ter quoque quodammodo unctus est, primùm Incarnatus in Nazareth *k*, sicut David in Bethleem *l*, idque *oleo lætitiæ, & gratiæ* m. Deinde quasi do ab Apostolis & Judæis aliis receptus est. Postremò, quum illum omnes gentes receperunt. Propterea non tantum de familia David fuit, & ab eo in multis præfiguratus, sed ipsum quoque David nomen gessit *n*: sicut in genealogia Christi solus David regis titulo exprimitur *o*: ita solus Christus absolutè Rex regum *p* est.

Et

Elisæi unctio.
t *3. Reg. 19. 1.*
u *Ibid.*
x *Ibid.*
y *Ibid. 19.*
z *Ps. 104. 15.*
a *in Ps. 44.*
b *Ps. 44. 8.*
Sacri reges cut appellarentur apud Gentiles.
c *Homerus.* Imperatorum litteræ *sacra* dicitur. Regum inunctio non semper ex oleo sacro, sed vulgari
Davidis unctio.
d *in 1. Reg. c. 10. q. 1.*
e *Ib. c. 16. 13.*
f *Ps. 88. 22.*
g *Ibid.*
h *2. Reg 5. 3.*
i *2. Reg 2.* Christi trina unctio.
k *Luca 1. 38*
l *1. Reg. 16. 13.*
m *Ps. 44. 8. Hebr. 1. 9.*
n *Amos 9. 11.*
o *Ose. 3. 5. Jer. 30. 9. Ezech. 34. 23. 24. 37. 24. 25.*
p *Mat. 1. 1.*
Ps. 46. 7.

Theodoretus observatio.

Et semini ejus usque in sæculum.] Si hoc Judaicè con- A
sideretur, inquit Theodoretus, redarguit prophetiam: quia progenies David ad captivitatem usque in regno permansit: post illam Sorobabel nullos regni hæredes reliquit: Ergo David & semen ejus æternum habet splendorem propter Christum, qui & nomine ipso *David* appellatus est, ut etiam diximus; & cujus regni finem non futurum, Gabriel annuncians in sede David
2 *Luc. 1. 32.* patris sui sessurum, prædixit *a*. Idem annotant Didymus, Nicephorus, Euthymius, Basilius, & hi qui Lucam exponunt. Qui verò *semini* isti *fecit misericordiam*, cenletur & Christo ipsi fecisse, ut Didymus docet, pro quibus ille sacrificat, & quibus rex præest: quæ duo, Christi voce continentur. Quamquam & humanitati ipsi Christi misericordia facta dici potest, sicut & collata gratia, & gloria.

PSALMUS DECIMUS. OCTAVUS.

1 In finem, Psalmus David.

2 COEli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiat firmamentum.
3 Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.
4 Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.
5 In omnem terram exivit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.
6 In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo. C
7 Exultavit ut gigas ad currendam viam, à summo cælo egressio ejus.
Et occursus ejus usque ad summum ejus: nec est qui se abscondat à calore ejus.
8 Lex Domini immaculata convertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis.
9 Justitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.
10 Timor Domini sanctus permanens in sæculum sæculi: judicia Domini vera, justificata in semetipsa.
11 Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum: & dulciora super mel, & favum.
12 Etenim servus tuus custodit ea, in custo- D
diendis illis retributio multa.
13 Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: & ab alienis parce servo tuo.
14 Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo.
15 Et erunt ut complaceant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.
Domine adjutor meus, & redemptor meus.

Verf. 1.) In finem, Psalmus David.

TITULUS.

& Argumentum.

IHIL occurrit de Titulo, qui nihil differt à Titulo nonnullorum præcedentium Psalmorum. De hoc etiam Psalmo asserit Euthymius ideo illi præscriptum hunc titulum, quòd eum jam senex David concripserit; vel quia finem consecutura erat prædictio, quam in eo facit, fore ut casu ac fortuito facta omnia quidam sentirent: nulla ratione consilioque administrari: quem hic errorem confutat. Idem ait de confutato isto errore Hesychius, Theodoretus, Eusebius. Cur titulus hic à David præscriptus

Existimant in genere Græci, Psalmos, quorum Ti- De Psalmis
B tuli argumentum ipsum non produnt, eximios esse; quorum titulus argumentum non produnt, Græcorum sententia.
& aut de his agere quæ pertinent ad Messiam, aut de materia reconditoris philosophiæ ac Theologiæ. Tali censeri Psalmus hic jure possit; Nam differit de cognitione, seu contemplatione Dei per cœlestium inprimis rerum notitiam, & studium legis divinæ, quæ distinguitur in Naturalem, scriptum eum omni sacra scriptura, Euangelicam priorum perfectissimam, finemque. Ita quidem Theodoretus. Quò pertinent qui de Christo docent Psalmum esse, atque de Apostolis simul cum lege Euangelica, ut Augustinus *b*, ferèque omnes tum Græci, tum Latini expositores, Ecclesia *c* quidem certè de Christo cantat: *In sole posuit*, &c. *Exultavit ut gigas*, &c. Paulus *d* profert de Apostolis, *&* eum imitans eadem Ecclesia: *In omnem terram exivit*, &c. De Christo & Apostolis Psalmus usurpatus.
b *Enarratio.*
c *in Offic. de Nativit.*
d *Rom. 10. 18*

Saltem sensu mystico interpretandus hac ratione Psalmus, (quod nec negant Cajetanus, & Jansenius, aliive, qui alia tractari dicunt. Thomas autem expressè id affirmat, & Hugo Cardinalis præter alios) in quo, C
teste Lyrano, putant Hebræi pro lege per Mosen data gratias agi Deo, quemadmodum, & in Psalmo e Per tot.
CLXVII. *e*. Ad extremum precatur, ne à propriis, & bonis, quæ secum lex affert, excidat, ut sibi Deus occulta condonet peccata, & à futuris imminentibusque præservet.

Hunc Psalmum Aben Ezra נכבד מאד *nichbad meod*, nomiqavit, hoc est, *valde insignem*, nobilemque, quasi dicas prægravem, ac simul difficilem. Utitur eo Ecclesia perlibenter & frequenter. Athanasius *f* in illo scribit f *de Interpr.* decantari, sicut & in vigesimo tertio, quæ sunt in libro Genesis: & usurpandum ab eo, qui mirari vellit *Ps. 44. Mar-cell.* naturæ ordinem, & providentiæ in eam dotes, legique sacrosancta præcepta. In hoc Psalmo & in 23 decantantur quæ sunt in Genes. Psalmus hic a quibus usurpandus

---

Verf. 2.) Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

D CLara sententia ad litteram: at cœli, & quæ in iis sunt astra mirifica, prodant opificis sui Dei sapientiam, potentiam, bonitatem. Gentiles aliqui cœlis ipsis attribuerunt divinitatem: aliiex ordine, ac venustate illorum affirmarunt Dei naturam, sequè ideo natos dixerunt, ut cœlum suspicerent, unde Deum ipsum cognoscerent. Hanc eamdem Dei gloriam ab opere cœlorum præcipuè commendatam legimus Psalmo octavo, & Ecclesiastici quadragesimo tertio; & in capite quadragesimo secundo *g* scribit Auctor quòd *gloria Dominiplenum est opuris* solis, quum præfatus esset *h* memorem se futurum operum Domini, & quæ vidisset, annuntiaturum *in sermonibus Domini*, quæ legisset in Genesi, & aliis libris sacris) *operum ejus*. Hoc illud est, quod solemniter quotidie decantamus: *Pleni* *Gloria, cœli, terra* ut post sunt exponi.
sunt cœli & terra gloria tua, vel, majestatis gloriæ tuæ. i *Isa. 6. Isa.*
Quamvis hanc *gloriam* possumus intelligere cum Cyrillo *i* Alexandrino gratiam sicut cum omnes peccatores *egere* dicuntur *gloria Dei* k: & per *cœlos*, Fideles; per *terram*, Infideles: quemadmodum in oratione Dominica per *cœlum* & *terram* intellexit Cypria- k *Rom. 3. 23*
Coelis divinitas attributa.
g *v. 16.*
h *verf. 15.*